

**PAR TICIPATIO ORATIO**  
**NVM CANONICORVM RE**  
**GLARIVM SANCTI**  
**AVGVSTINI DE FRE**  
**GIONARIA .M.**  
**CCCCLXX**  
**XVI.**

**C**ELSVS Veroënsis Generalis Rector  
 (licet indignus) Canonorum Regula  
 rium Sancti Augustini / Congregationis  
 Sancti Saluatoris Lateranensis Magnifico Do  
 mino Nicolao Tigrino Iuris utriusq; Doctore  
 Eximio / uiroq; integerrimo / ac benefactori no  
 stro : Salutē in Domino & Pacem quam mun  
 dus dare nō potest. Religionis sacre maieestas  
 & officioꝝ i gēti studio pietas excolēda : & si oī  
 bꝰ hominibꝰ debere se fateatur : Magis tamen  
 ac magis illis se sentit astrictaz qui Religioneꝝ  
 ipsaz & homines diuinis terimonis mācipatos  
 assiduis beneficiis ac meritis prosequuntur. Equū  
 est enim ut beneficiis qlibet prouocatus ea cur  
 ret cogitetq; rependere / que & grati animi pre  
 sent indicium & ad benefaciendi studium cete  
 ros cohortentur. Cum igitur tua erga ordinem  
 nostrum humanitas tanta sit & deuotio / tātaq;  
 pietatis ac dilectionis affectio / ut non parum ti  
 bi p huiuscemodi debere nos fateamur / iustis

simum. profecto duximus ac necessariuz sanctis-  
simis tuis precibus prebere consensuz. Quo. n.  
pacto posset pieras & religiosa modestia nō au-  
dire quod meritissimus de nostro ordine prela-  
rusq; & optumus ciuis religiose pie fideliter ac  
sancte petir. Opra bas ergo ut assiduis precibus.  
flagitasti. Spiritualis nostre militie iseri castris:  
& quottidiano laborum nostrorū participio nō  
fraudari. Nos igitur auctoritate uniuersi nostri  
Ordinis cōmuniti de diuina q̄ maxime bonita-  
te confisi liberalius id tibi largiusq; ipendim⁹.  
Presentiq; nostro decreto. Maxima te charita-  
te una cum nobilissima tua. Matre Dña Clara:  
honestissimaq; uxore tua Dña Susāna: dulcissi-  
moq; tuo Filio Raphaelē in charissimos ascisci-  
mus fratres ac sorores nras. Concedimus quo-  
q; atq; statuimus ut quicquid. Ieiuniis orationi-  
bus missis sacrificiis diuinis officiis uigiliis ab-  
stinentiis macerationibus disciplinis contēpla-  
tionibus suspiriis lachrymis predicationibus at-  
q; peregrinationibus ac quibuscunq; regulari-  
bus deoq; gratis obseruantis uniuersi i nostro  
ordine promeremur ac i posterum promerebi-  
mur: horum omniu3 tanq̄ peculiaria & egregia  
membra participes sitis. In uita; in morte; atq;  
post mortem. Eam ex uobis uicem tantūmodo  
expolcentes; ut mutua charitate p salute & cō-  
seruatione ordinis nostri assiduas ad dominum

preces fundatis. Vestrum autem erit ea pietate  
 & deuotione in christiana sanctitate proficere;  
 ut de Congregationis nostre meritis ( licet exi-  
 guis ) non minimam uobis portionem uendica-  
 re sufficiatis. In huius igitur gratuite concessio-  
 nis nostre testimonium has litteras scribi iussi /  
 mus : & maioris Sigilli Congregationis nostre  
 impressione muniti. Dat. Lucę in Monasterio  
 nostro Sanctę Marię de Frigionaria Idibus Ia-  
 nuariis . M . CCCC . LXXXVI .

**E**go Augustinus Mantuanus de Mandato  
 Scripsi .

